

sive vita, sive membris, secundum personæ & blasphemix conditionem coerceri poterit, Zieritz. hîc.

2. Hoc tamen cum mica falis intelligendum, ut Judices prius integram rem cum omnibus suis circumstantiis ad ordinarium loci referant, qui deinde pro suo arbitrio, cognitis circumstantiis, statuat blasphemio pœnam certam, secundum leges sacratissimas, quas ordine allegat Steph. d. num. 1. & n. 2. quærit: utrum in casu blasphemix sit admittenda defensio? quod æquius esse putat. Vide omninò Matth. Berlich. par. 4. concl. pract. 1. 2. ubi latissimè & elegantissimè de blasphemia & ejus pœna disserit. Adde Fürstlich Leunenburgische Postordnung / c. 4. Georg. Scherer. Domin. 19. post Trinitatis. p. 646. ubi refert, ein schrecklich Exempel vom Fluch / Consultissimum Dn. Johannem Eichrod. velit. Acad. 5. de oblat. concl. 38. & de publicis judiciis eorumq; pœnis, concl. 6. a. concl. 8. a. b. Philip. Sigism. Clud. de crimine læsæ Majestatis, concl. 8. cum seqq. Herm. Lather. de censu lib. 2. c. 4. Haubold. von Ende in discurs. crimin. c. 6. concl. 228. & cum multis seqq. Bernh. Zieritz. hîc, verb. virginem Deiparam, ubi adfirmat, propriè loquendo in Beatam virginem Mariam, cæterosq; Sanctos hoc crimen non committi. Vide Jacob. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 385. ubi varia exempla blasphemix proponit, Andr. Hondorff. in prompt. illustr. exemplorum, præcep. 2. p. 113. cum seqq. p. 137. cum seqq. Huc pertinentia tradit Henr. Bocer. class. 4. disp. 10. th. 5. cum multis seqq. & disp. 11. Confer quoq; quæ tradit Zieritz. verb. sive membris, V. d. alt. Zaf. cons. 19. in fin. quem allegat Goblerus hîc, in auctario, cujus verba referre non nocebit. Hodie communiter in civitatibus contra blasphemos pecuniaria pœna statuitur, propterea quod isthac prava maledicendi consuetudo inoleverit, quod & nobiles juxta & ignobiles hujusmodi maledictis sint assueti contra divina mandata, & veterum modestiam ac integritatem, quâ etiam mulieribus quondam non licuit per Herculem jurare, autore Gellio. Hæc ille. Sed de hac consuetudine, quid sentiendum sit? Vide allegatos JCtos ab Haub. von Ende d. disc. crim. c. 6. concl. 209. in fin. ubi negatur, consuetudinem blasphemandi ipsum blasphemum à calumnia excusare. Vide, quæ trado disc. Acad. 1. addit. 12. p. 109. Cunr. Dieter. in Analyfi Evangeliorum Domin. 6. post Trinitatis part. 1. doct. 5. p. 195. Imò statuo in blasphemos jure divino statutam, vel sancitam pœnam, ne supremum Principem abrogare posse. Ego Decad. Cons. Resp. 5. num. 39. Zieritz hîc, verb. sive vita. Ad quemnam Judicem cognitio de crimine blasphemix spectet? dubitari consuevit. Vide disc. Acad. meum 7. de causis singul. for. constit. concl. 16. Anton. Tess. 241. Zieritz. hîc, verb. à judice aut Prætoze.

## ARTICULUS CVII.

## Pœna perjurii.

Pœna perjurii quæ sit, eam nobis præbet constitutio Carolina, quam inspice, & ad hunc artic. notata à Matth. Steph. & Bernh., Zieritz. Herm. Lather. de censu lib. 2. c. 7. num. 72. per tot. In criminalibus si innocens ex falso testimonio conde-

M

mnatus